

«Hæc iisdem fere verbis S. Doctor confirmat *lib. V, num. 76 in fine*, dum dicit: «Et hic rursus repeto id quod sub initio protestatus sum, nempe, quod cum aliquam opinionem unice *probabiliorem* appello, non ideo contrariam dicere probabilem intelligo. Sicut pariter, cum dico de aliqua opinione: *non audeo damnare*, sive *improbabilem dicere*, non ideo admitto ut probabilem; sed de ejus probabilitate dubito. Item, cum aliquam sententiam *veriolem* voco, intelligo oppositam non solida probabilitate mihi pollere, licet omnino non reprobem.»

«Porro, ex præfatis monitis S. Alphonsi, sequentes determinari possunt præcipuæ regulæ:

1. «Generatim ea sola opinio S. Doctori probabilis est, quam *ipsemet* probabilem vocat. Quocirca attendendus est ejus loquendi modus. Quando nempe ait: *probabiliter dicunt auctores*, tunc regulariter ejusmodi sententiam probabilem censet. Dum autem scribit: *dicunt doctores, probabiliter licere*, exinde non liquet, hanc sententiam ab ipsomet ceu probabilem haberi; sic enim loquendo, generatim mere refert illorum auctorum iudicium.

2. »Si de aliqua opinione loquens, dicit: *non videtur improbabilis* aut *non improbabiler dicitur*, tunc ipsam regulariter habet ut *satis probabilem*, saltem casu, quo eidem nihil certo vel notabiliter probabilius opponat. Circa hujusmodi vero sententias, operæ pretium erit alia S. Doctoris loca inspicere.

3. »Opinionem, quam *neque probabilem*, neque *improbabilem* vocat, generatim aliorum iudicio relinquit. Videndum tamen est, quid sive antea, sive postea dicat; *si enim nihil omnino opponat*, et auctor allegatus sit gravis, regulariter opinio illa ut satis probabilis habenda erit; uti v. gr.: quando in fine quæstionis subjungit: *Lugo addit, advertit...*

4. »Si de aliqua sententia expresse ait: *non audeo damnare*, vel *non audeo eam improbabiler dicere*, eo ipso declarat, illam esse, suo iudicio, dubie probabilem, aut illam prudentiorum iudicio remittere. Attamen videndum est, an alio in loco vel opere, iudicium suum de ipsa proferat, nec ne.

5. »Sententia, quam solam vocat *probabilem*, eidem nihil opponendo (qui tamen casus raro contingit), *ordinarie fundat pro praxi* certitudinem moralem (1).

6. »Cum aliquam opinionem dicit *veriolem*, vel *multo* aut *absolute probabiliorem*, vel *probabiliorem simulque communem aut communissimam*, tunc oppositam *non iudicat solide probabilem*, saltem respectu alterius, etiamsi ceu improbabiler expresse non rejiciat, aut quamvis eam in genere seu *in se*, ante institutam utriusque ponderationem, forsam probabilem censeat.

(1) Confieso que no me agrada lo que aquí dicen las *Vindicias Alfonsianas*; porque si bien es cierto que cuando San Ligorio dice que una opinión es probable y nada le opone, es cierto que ordinariamente se puede seguir según el Santo Doctor, pero no quiere decir que es cierta moralmente; porque la certeza moral excluye todo temor.

7. »Idem etiam dicendum est, quando unam ex sententiis *probabiliorem* aut *communiorem* nuncupat, *nullo a se iudicio dato de opposita*; hoc enim scribendi modo S. Alphonsus significare intendit, illam opinionem adeo probabiliorem sibi videri, ut oppositam vere probabilem non agnoscat.

8. »Sententia, quam simpliciter *communem* dicit, nullo de opposita lato iudicio, regulariter sua dicenda est.

»Quocirca notare juverit, verba: *sententia communis*, aut *communiter dicunt*, per se loquendo plus exprimere, quam hæc alia: *sententia communior*, vel *communius dicunt*. Etenim vox *communior*, cum sit comparativa, solummodo denotat plures stare auctores pro ista sententia, quam pro altera. E contra, vox *communis*, utpote positiva, declarat, auctores *generatim* pro hac sententia stare. Cum autem dicitur: *communissima est sententia*, vel *communissime docent*, eo ipso affirmatur, consensum auctorum fere esse unanimem. Tandem monet S. Alphonsus, sedulo advertendum esse, quod auctoritas scriptorum non ex multitudine, sed ex eorum *gravitate* æstimanda sit, uti patet ex textibus in dissert. proœmial. (p. LIII) allegatis; ubi etiam ostendimus, plerasque saltem sententias, quas tenet S. Doctor, hodieum evasisse *communes*, easque generatim ex præcellenti ipsius auctoritate merito dicendas esse probabiles, vel etiam probabiliores.

II. »Regulæ autem, quibus ultimo determinari possit S. Alphonsi (ac proin et ipsius discipuli) *praxis*, præcipuæ sunt sequentes:

1. »In primis, numquam non præ oculis habendum est hocce gravissimum S. Doctoris monitum in *Praxi Confessarii*, cap. 8.º, num. 114: 1.º Quando agitur *de vitando peccato formali*, regulariter confessarius sequi debet (*quantum licet*) sententias *benigniores*; cum solum peccatum formale sit Dei offensa. 2.º At quando opiniones benignæ *exponunt pœnitentem periculo peccati formalis*, tunc confessarius sequi debet opiniones *rigidiores*; quoniam istæ in hoc casu sunt magis pœnitentibus salutares. Quocirca sedulo notanda sunt quæ leguntur in *Theologia Morali*, *lib. VI, num. 605*: «Sapienter dicit Holzmann, quod confessarius in delectu opinionum tunc debet benigniores sententias sequi, quando illæ potius inducunt pœnitentem ad vitandum peccatum. Secus vero, si illæ potius nuducant ad legis transgressionem, prout sunt (ut bene advertunt Roncag. et Sporer) opiniones illæ, quæ, *licet speculative videantur probabiles*, tamen *in praxi* sunt *valde periculosæ*; sicut in materia *sexti præcepti*, sunt opiniones aliquæ de tactibus, osculis, choreis, comœdiis, de reprimendis motibus sensualibus, et similibus; item in materia *simoniæ et usuræ*, ubi plura videntur excusari ratione liberalis gratitudinis, sed in praxi magnum periculum involvunt; item quando agitur *de compensatione faciendâ*, vel de *accusatione* prosequenda contra offensores, ubi facile est periculum injustitiæ, aut vindictæ.

2. »Dicit ergo S. Alphonsus, quod confessarius sententias *benigniores* sequi debet, *quantum licet*. Porro, regula generalis ex principiis æquiprobabilismi S. Doctoris firmiter stabilita hæc est: *Non licet uti sententia*

benigniori neque in DUBIIS FACTI, ubi periculum damni alteriusve mali a conscientia non pendentis certo vitari debet; quia tunc pars tutior eligenda est; neque in DUBIIS MERI JURIS, quando pro legis EXISTENTIA militat opinio certe probabilior, seu evidenter præponderans; vel si pro CESSATIONE legis certæ talis non habetur probabilitas, quæ æquivalet certitudini morali.

3. »Quocirca notare juvat, S. Alphonsum non semper, quin potius raro dicere expressis verbis: hæc vel illa sententia est *certe* aut *notabiliter* probabilior. Attamen *ex contextu quæstionis* (v. gr., ex nota contrariis opinionibus affixa, ex praxi, cui adhæret, vel ex confutatione rationum quibus sententia contraria innititur), aut *ex aliis operibus minoribus*, uti jam supra monuimus, ordinarie *apparet*, quænam, suo iudicio, sit sententia *vere præponderans*; sive *propter rationes intrinsecas*, quæ, ceteris paribus, semper anteponuntur; sive *propter argumenta extrinseca* seu auctoritates, quando, scilicet, intrinseca deficiunt, aut sufficienti carent pondere: vel etiam quando, ob naturam alicujus opinionis, sententia doctorum ex seipsa vim habet intrinsecam. Quibus in casibus, illa sententia procul dubio in praxi eligenda est.

4. »Quid vero, si, inspectis tum contextu quæstionis, tum aliis S. Alphonsi textibus, *dubium* remanet, an sententia, quæ (in dubio, nempe, circa existentiam legis) ab ipso simpliciter vocatur *probabilior*, inter valde et *certe* probabiliores quæ obligant, aut inter *parum* probabiliores, quæ non obligant, numeranda sit? In hoc casu (qui utique rarissime occurret), sic respondendum videtur. 1.º Eo ipso quod S. Doctor in aliqua opinione *majorem quemdam* probabilitatis gradum agnoscat, per se supponi potest, ipsum in eadem magis saltem inclinare. Hinc consultum est, ut et S. Alphonsi discipulus, *ubi nihil obstat*, aut quando saltem id expedit, eidem sententiæ adhæreat. 2.º Ex principiis tamen æquiprobabilismi S. Alphonsi, *per se loquendo*, etiam liberum erit discipulo S. Doctoris, *benigniore* partem eligere. Etenim præponderantia dubia, seu de qua certo non constant, veram obligationem non inducit; et idcirco hæc sententia, quæ simpliciter probabilior vocatur, et ex nota oppositæ sententiæ affixa, vel aliunde, gradum certum, etsi unicum, præponderantiæ non acquirit, alteram *fere æque probabilem* relinquere censenda est.

5. »Aliter tamen procedendum esse, prudentia non raro suggeret. Nam ex una parte, si poenitens sit bonæ voluntatis, *tendatque ad perfectionem*, et generatim quoties id ei *magis proderit*, confessarius ipsum dirigere *debet* juxta sententias perfectiores, seu legi magis faventes: modo tamen istarum usus et applicatio nullam anxietatibus et inanibus scrupulis ansam præbeat. Altera vero ex parte, si quis, *rectæ sibi conscientie efformandæ capax*, ducitur opinione certe minus probabili, quæ tamen ipsi confessario non appareat omnino falsa aut improbabilis, absolvi poterit, modo alias prudenter judicetur dispositus. Insuper, sedulo advertendum est in eligendis pro praxi opinionibus, *attendendam esse variarum quæstionum naturam*. Quamvis enim S. Alphonsus doceat, principia æquiprobabilismi applicari posse in omni lege, etiam

naturali; ipse nihilominus eundem omnino rigorem non adhibet respectu *legis humanæ*, sicuti pro lege *divina*; quia hæc est ordinis superioris, et majorem exoptulat reverentiam. Et revera, mitius procedi, ac facilius admitti posse causas excusantes respectu legis mere ecclesiasticæ aut civilis, quis unquam negaverit?

»Præterea notandum est, quod S. Doctor specialem adhibet severitatem non solum ubi benignitas periculum auget peccati formalis, sed etiam quando agitur *de bono communi procurando*. Hinc minus benigne se habet erga sacerdotes illosque omnes *qui aliis præsunt*: tum quia isti tenentur, vi officii, bonum subditorum promovere, tum quia in istis generatim non admittitur ignorantia excusans.»

Más adelante preguntan las *Vindicias Alfonsianas*: «Tandem hic quæri potest, utrum et quando S. Alphonsi discipulus, *quin a Magistri principiis aut mente recedat*, ob mutatas tamen temporum circumstantias, aliudve ob motivum, *a quibusdam sentiis particularibus S. Doctoris recedere possit aut debeat*? In dissertatione præemiali jam diximus, omnes S. Alphonsi sententias a Sede Apostolica declaratas fuisse sanas et tutas, ita ut a quovis *tuta conscientia* teneri possint; præterea, quam *præcellens* sit ipsius *auctoritas* in re morali, ibidem exposuimus. Quum autem S. Sedes minime declaraverit singulas Alphonsi opiniones veras esse aut necessario tenendas, pariter monuimus, *cuius plane liberum esse* alias amplecti sententias, quas sive ex propria scientia, sive gravi et probatæ auctoritati innixus, probabiliores, aut saltem vere probabiles censuerit. Hic vero quæstionem instituere juvat, quandonam fidelis S. Alphonsi discipulus, *qui a mente tanti Magistri recedere nolit*, in casibus tamen particularibus sententiam S. Doctoris deserere possit aut debeat? Ad cujus rectam solutionem valent regulæ sequentes:

1. «Et primo quidem, si agatur de aliqua sententia, *cui certo et expresse contradicit factum aliquod*, v. gr., *authenticum Sedis Apostolicæ decretum S. Alphonso* antè et ab ipso non commemoratum, eo quod nondum publicatum fuerit, vel quia ipse forsitan dubitabat de ejusdem authenticitate, quæ postea publici juris facta est; *tunc omnino standum est præfatae decisioni*, ac proin recedendum ob opinione S. Doctoris, ea saltem in parte aut circumstantiis quas decisio illa respicit. Ipse namque S. Alphonsus nihil antiquius habuit, quam ut Sedis Apostolicæ decreta aut decisiones summa veneratione ac plena submissione exciperet. Antequam tamen aliqua S. Doctoris sententia falsitatis incriminetur, prudentia inquirendum suadet, an non forte *aliud extet recens decretum*, quo anterior illa decisio ex toto vel ex parte immutata sit (1).

(1) San Ligorio (en el lib. 6.º, núm. 359) dice que el Obispo puede dar licencia para celebrar en oratorio de una casa privada, «per modum actus transeuntis, pro aliquo tempore, si justa adsit causa;» y aunque la Sagrada Congregación del Concilio en 23 de Enero de 1847 resolvió lo contrario absolutamente, en 20 de Diciembre de 1855 resolvió que bien podía el Obispo dar esta licencia, «si tamen magnæ et urgentes adsint causæ, et per modum actus tantum.» No exige causa pública.

2. »Similiter a sententia S. Alphonsi recedendum esset, si certo constaret ipsam posterius a Sede Apostolica fuisse reformatam; vel etiam si aliqua prodierit decisio, quacum ipsius opinio certe componi nequiret. Hinc deserendæ essent S. Doctoris opiniones *quoties eisdem certo obstarent* authentica, sive *ipsius Summi Pontificis* decreta, sive *SS. Congregationum Romanarum* declarationes, quæ saltem consulto Sanctissimo eduntur, etiam illæ, quibus proposita dubia particularia solvuntur. Istæ enim declarationes juxta S. Alphonsum *vim legis* habent non solum in casibus ab oratore expositis, sed etiam *in casibus similibus*; dummodo jam in Ecclesia universaliter divulgatæ sic promulgatæ fuerint usu plurium annorum, vel relatione auctorum communiter eas referentium.

3. »Idem dicendum est casu quo contra opinionem aliquam S. Alphonsi unquam invaluerit *consuetudo, vel desuetudo universalis* a Sede Apostolica explicite vel saltem implicite confirmata, talis, nempe, cui favet legitima præscriptio, saltem per decennium (vid. S. Alphonsum, lib. 1.º, num. 107 et 139). Attamen cavendum est, ne consuetudo *vere localis*, quæ forsitan legitima in aliqua regione evasit, tanquam *universalis* reputetur. Unde, si lex universim subsistere pergat, integra etiam stabit doctrina S. Alphonsi, ita ut ubique applicari valeat, iis tantum locis exceptis, in quibus contraria viget legitima consuetudo.

4. »Adde, doctrinam universalem S. Alphonsi, quæ leges ecclesiasticas respicit, posse etiam modificari per *constitutiones synodales* cujusque diœcesis; ac præsertim per *statuta conciliorum provincialium*: quippe quæ ad temporis necessitates magis se accommodant, et sanctionem quamdam ex revisione romana accipiunt.

5. »Insuper, casu quo opinioni Sancti Doctoris adversetur *nova lex civilis*, huic standum erit; posito quod ista nec legi divinæ repugnet, nec ab Ecclesia correctæ aut reformatæ fuerit.

6. »Si demum contra *interpretationem alicujus decisionis pontificiæ a S. Alphonso traditam* plures stent graves auctores aliter sentientes, nec ulla habeatur ipsius Sanctæ Sedis authentica interpretatio, nihilominus *tuto quivis stare potest sensui S. Doctoris*; imo tutius agit, spectatis tum ipsius in dubiis dirimendis præcellenti ingenio, tum singulari quo erga Sedem Apostolicam eminebat obsequii studio, tum maxima qua præ cæteris in Ecclesia pollet auctoritate. Qua de re præclarum referre juvat exemplum in quæstione de impedimento consanguinitatis (*pagina 817, q. 7*) ubi summam demirari licuit rectitudinem Sancti Doctoris in interpretanda constitutione Benedicti XIV.»

TABLA DE LOS LIBROS, TRATADOS Y MATERIAS QUE CONTIENE ESTE TOMO PRIMERO, CON INCLUSIÓN DE LOS NÚMEROS DE CADA TRATADO, Y EXPRESIÓN DE LOS NÚMEROS QUE COMPRENDE CADA LIBRO.

LIBRO	TRATADO	TÍTULO DE LAS MATERIAS QUE CONTIENE	NÚMEROS		Números que abraza cada libro.
			Del	al	
		PRÓLOGO.			
	Prelim.	<i>Definición de la Teología en general y su división.....</i>	1	7	
I	1.º	<i>Del último fin del hombre, ó sea su eterna bienaventuranza.....</i>	8	14	132
		<i>De los actos humanos.....</i>	15	77	
		<i>De las reglas de los actos humanos.....</i>	78	132	
II	Único.	<i>De las leyes.....</i>	133	234	102
III	1.º	<i>De las virtudes y de los vicios en general.....</i>	235	»	95
		<i>De las virtudes en general.....</i>	236	242	
		<i>De algunas virtudes en particular.....</i>	243	257	
		<i>Del pecado.....</i>	258	295	
		<i>De algunos pecados en especial.....</i>	296	329	
IV	1.º	<i>Explicación del orden de las materias.</i>	330	»	614
		<i>De los preceptos del Decálogo.....</i>	331	336	
		<i>De las virtudes teológicas en particular.</i>	337	422	
		<i>De la caridad.....</i>	423	570	
		<i>De la virtud de la religión.....</i>	571	662	
		<i>De los vicios que se oponen á la virtud de la religión.....</i>	663	733	
		<i>Del segundo precepto del Decálogo....</i>	734	778	
		<i>Del tercer precepto del Decálogo.....</i>	779	827	
		<i>Del cuarto y quinto preceptos del Decálogo.....</i>	828	894	
<i>Del sexto y nono preceptos del Decálogo</i>	895	943			
V	1.º	<i>Del séptimo precepto del Decálogo.....</i>	944	»	506
		<i>De la justicia, del derecho y del dominio.</i>	945	1066	
		<i>De los contratos.....</i>	1067	1264	
		<i>Del hurto y de la rapiña.....</i>	1265	1295	
		<i>De la restitución en general.....</i>	1296	1377	
		<i>De la restitución en particular.....</i>	1378	1450	

ADVERTENCIA A LA SEGUNDA EDICION

Se advierte, para la inteligencia del lector, que ha parecido conveniente en esta segunda edición intercalar las notas dejando íntegro el texto original, distinguiéndolas con un asterisco, para evitar la molestia que causa la lectura de las anotaciones ú observaciones colocadas al margen, exceptuando algunos puntos que atañen al Derecho civil, cuyo texto ha sido forzoso variar enteramente por las muchas mutaciones introducidas por el Código actualmente vigente publicado en 1889, especialmente al tratar de los testamentos y de ciertas nuevas instituciones importadas del extranjero, pero que los nuevos legisladores tratan de darles carta de naturaleza, como v. gr., la flamante institución del testamento llamado ológrafo, por más que sea á disgusto de los amantes del antiguo Derecho patrio. Todas estas variantes de la nueva legislación hállanse puestas en esta segunda edición en armonía con los puntos tratados en la primera.

Pero no sólo el Derecho civil sino también el Canónico y la Disciplina eclesiástica han sufrido en muchos puntos modificaciones notables desde la primera publicación de esta obra en 1883 hasta el presente, las cuales figuran en esta segunda edición en la numeración correspondiente.

TRATADO PRELIMINAR

CAPÍTULO ÚNICO

ARTÍCULO PRIMERO

Definición de la Teología en general y su división.

Núm. 1.º La palabra Teología, tomada de la lengua griega, quiere decir Tratado de Dios, *sermo de Deo*. Considerada con esta generalidad, se define: *Scientia quæ de Deo, et de rebus ad Deum pertinentibus tractat.*

La Teología se divide en natural y sobrenatural. La natural es la que trata de Dios y de las cosas que nos conducen á Dios, en cuanto se pueden conocer por la sola razón natural, como hacen los filósofos en la Metafísica y en la Ética ó filosofía moral.

La Teología que podemos llamar sobrenatural, se divide en positiva dogmática y escolástica. La positiva dogmática se concreta á manifestar sencillamente las verdades que se contienen en la Sagrada Escritura, en la tradición divina, en los Concilios y en los Decretos pontificios. La escolástica es la que, fundada radicalmente en la revelación, por medio del discurso procede á deducir con-

clusiones de los principios revelados; unas veces científicamente, cuando la ilación es evidentemente legítima; otras con mayor ó menor probabilidad. En este último caso se dividen los teólogos en opiniones contrarias, y aquí tienen origen las diversas escuelas católicas de Tomistas, Escotistas, Molinistas, etc.

La Teología escolástica se divide en especulativa y práctica ó moral. La especulativa se ocupa en deducir conclusiones especulativas de los dogmas puramente cognoscibles y no operables, como lo hacen Santo Tomás y otros teólogos acerca del misterio de la Trinidad, Encarnación, de los ángeles y otras materias semejantes, que no son operables por el hombre. La práctica es la que deduce conclusiones prácticas ú operables por el hombre, y ésta es la Teología moral, que de los preceptos divinos del Decálogo y de otras materias infiere evidentemente conclusiones prácticas acerca de los actos humanos, enseñando al hombre lo que debe hacer y lo que debe huir, aunque no esté inmediatamente revelado.

La Teología se divide también en